

IURIS ECCLESIASTICI  
GRAECORUM  
HISTORIA ET MONUMENTA

IUSSU

PII IX. PONT. MAX.

CURANTE

I. B. PITRA S. R. E. CARD.

---

TOM. I.  
A PRIMO P. C. N. AD VI SAECULUM.

---

ROMAE  
TYPIS COLLEGII URBANI  
MDCCCLXIV.

ea in peculiari glossario ad calcem huius tomii colligere et excutere animus est.

(17) *Resiciatur.* Scite et prolixo Turrianus ibi disputat, quae ipse breviter sic concludit: «Id intelligendum de concubina infidelis quam a baptismo repellendam monent, si pluribus fuerit obsecuta, ob infamiam scilicet ac periculum intemperantiae etiam post baptismum periclitantis.»

(18) *Docti.* Recte apud Cotelerium scholiastes parisiensis interroganti quomodo haec cum canone trullano 64 alia praecipiente concordent, respondet diversitatem oriri ex temporum diversitate, Pauli vero διάταξιν (verbo scholiastae utor) ad hanc pertinere aetatem in qua pauci erant christiani, pauciores qui docebant et ii tantum quibus inter alia charismata, donum doctrinae palam conferebatur. Quod fortasse tibi erit aliud antiquitatis argumentum.

(19) *Doctrinam.* Non diffidendum haec sapere iudaismum, alia vero e diametro

diversa praecipi in canone laodiceno 39: ὅτι οὐ δεῖ χριστιανούς ιουδαιζειν καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολαζειν. Velim tamen emolliatur censura, si consideretur hic de solis agi servis quibus fortasse in aliqua ecclesia olim placuerit otiori per duos in hebdomade dies «propter pietatis doctrinam.» Tum inferre etiam luberet has qualescumque regulas esse laodicenis canonibus longe antiquiores.

(20) *Precationes.* Inde pergitus texero seriem canonum qualem apud Aristenum et saepe alias vidimus.

(21) *Infideles.* Capitulum illud, festinantis quam oportuit, ut ἀνεκδοτοι inserui in Spicileg. t. IV. p. 578, sollicitante me vacuo folio et urgente itinere romano, quibus angustiis pressum crambe recocca non abstinuisse me facile ignoscetur. Neque dissimulaverim me captum in primis suis venerandae vetustatis odore, quem etiam nunc ex toto illo XVII capitulo haurire iuvat.

### III.

## SANCTORUM APOSTOLORUM SENTENTIAE.

**A**postolorum, ut graeci voluerunt, de re sacra legibus supra positis proxime succedant simillimae de veterum Christianorum vita et disciplina sententiae; quibus iterum appingitur Clementis nomen, persona, scriptura; idem continetur argumentum; eadem assuitur scenica vestis. Unde, ne ab eodem vestitore dicam, a vicinis fortasse manibus locisque et haec et praecedentia exiisse aliquis opinabitur; immo fortasse plura, prooemio tamen in primis excepto, aliqua commendari vetustate concedet. Longe vero minoris ponderis esse has qualescumque διαλαλήσεις per se patet, atque tam silentio veterum, tum paucitate exemplarium in membranis, tum etiam oblivione quae adhuc eas tegit, confirmatur.

I Nihil sane mirum, neminem inter veteres quidquam de hac opella scripsisse (1). Sed huiusmodi colloquiis si quid merito occasionem dedisse reputetur, praesto in primis sunt sancti Irenaei verba ad Florentinum presbyterum: «Ea quae tunc gesta sunt, melius

(1) *Scriptisse.* Quidni mihi testes abessent? Ecce tibi inter graeculos quibus dudum apostolicae voces insonuerunt, unus qui colloquentes inter se vidit, audivit, numeravit legiferos Apostolos, diaconos, discipulos: describo membranas in privata petropolitani cuiusdam viri bibliotheca asservatas: Οὗτοι διὰ Κλήμητος οἱ λεγόμενοι ἔκπεθάντες θεῖοι καὶ ιεροὶ κανόνες

ἴξιφων ὕποσαν παρὰ τῶν ἀγίων καὶ πανευφήμων κορυφαῖον τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ἀποστόλων, μὲν τὰ ὄντατά εἰσι ταῦτα Πέτρου, Παύλου, Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου, Ἀγδρίου, Θῶμα, Φιλίππου, Βαρθολομαίου, Ματθαίου, Σίμωνος Ζηλέτου, Ἰακώβου τοῦ Ἀλφαίου, Θαδδαίου, τοῦ καὶ Λεβαΐου, Ἰούδα Ἰακώβου (τοῦ ἀδελφοῦ I. deest) Μαρθία, Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, Κλήμητος ἐπισκόπου \*

» memoria teneo quam quae nuper acciderunt, adeo ut et locum dicere possim in quo  
» sedens beatus Polycarpus disserebat, et familiarem consuetudinem, quae illi cum  
» Ioanne ac reliquis qui Dominum viderant, intercessit; ut narrabat et qualiter dicta  
» eorum commemorabat, quaeque de Domino ex ipsis audiverat, de miraculis illius etiam  
» ac de doctrina, quae ab iis qui Verbum vitae conspexerant, acceperat Polycarpus,  
» qualiter referebat cuncta, Scripturis consona (1).» Haec sane sunt seniorum colloquia; his  
nostra simillima sunt. Quibus certe, ne omni videantur auctoritate canonica destitui et  
antiquitate, sua non desunt testimonia, saltem extranea, sive apud Aethiopes, sive apud  
Arabes; ab iis quippe receptam vidit Grarius canonum CXXVII syllogen (2), quae a  
sententiis nostris orditur, idemque ex codicibus vaticanicis Assemanus retulit (3); Ludol-  
fus vero similia legit in membranis Aethiopum suisque commentariis inseruit (4).

II. Graecorum unicus, quem sciam, codex scriptus hactenus memoratur, vindobonensis, sub num. 45, inter historicos tertius, de quo alias. Latuit vero alter, iam in  
lucem proferendus, inter vaticanos ottobonianus 408, f. 88, saec. XIV scriptus; a quo  
tamen compendium quoddam ἀνέχοτον potius recipere, quam vulgati textus varie-  
tates legere videor, nisi demum primigenia sit scriptura vaticana, unde fluxerit codex  
vindobonensis. Sed excerpta, nec plura ipse ottobonianus titulus promittit, his verbis  
conceptus: *'Ἐπιτομὴ ὅρων τῶν ἀγίων ἀποστόλων καθολικῆς παραδόσεως, Epitome  
definitionum sanctis Apostolis a catholica traditione adscriptarum.'*

III. Unica rursus editione sententias illas et canones primus nec nisi graece et nuper-  
rime protulit cl. v. Bickellius in brevissima iuris ecclesiastici historia (5) quam vix in-  
choatam moriens reliquit; rei autem novitate captus, ut vereor, libellum ineunti tertio  
saeculo ascribere non dubitavit. Vulgata igitur semel nunc primum cum ottoboniano,  
iterumque et novis curis cum vindobonensi contulimus; collata vero planissima licet  
plerumque et perspicua, qua lege tenemur, in latitudinem aequa simplicem transtulimus.

IV. Pigeret immorari in prioris partis argumento quod in permultas de christiano-  
rum veterum vita communiore regulas vertitur. Pars deinceps posterior ea recenset quae  
ad episcopos, ad presbyteros, ad lectores, ad diaconos, ad laicos, ad oblationes sacras,  
ad diaconissas peculiari iure spectant. Nemo iam non videt qualis inter haec et praeceden-  
tia nexus ac necessitudo intercedat. Adde personarum in hoc theatro loquentium ea-  
dem fere nomina, verum eo ordine: Ioannes, Mattheus, Petrus, Andreas, Philippus,  
Simon, Iacobus, Nathanael, Thomas, Cephas, aliis certe a Petro, Bartholomaeus, Mar-  
tha demum et Maria, fictitia utraque, ut videtur, et vix in paucis ostensa verbis. Pe-  
tri, ut solet, partes hic maiores sunt, neque omnino spernenda quae Ioannes apostolus  
de senioribus et sacra eucharistia disseruisse dicitur.

Ρώμης, τρίτου μετά Λίνον υπάρχαντος, συμπαρόντων καὶ  
τῶν ἐπτά διακόνων Στεφάνου, Φιλίππου, Προκόψου, Νι-  
κανδρος, Τίμωνος, Παρεμέτα καὶ Νικολάου προσπλήστου  
Ἀντιοχείας καὶ πολλῶν ἑτέρων πρεσβυτέρων καὶ διακόνων  
... (hic linea partim exsecta) καθὼς ἀπ' ἀρχῆς ἐχλε-  
λεγμένη καλῶς η ἀγία παρόλαβε καθολική τε καὶ ἀπο-  
στολική [ἐπεχλησία].

(1) *Consona*. Iren. Opp. tom. 1, p. 340 ed. Venet. 1784.

(2) *Syllogen*. I. Ern. Grabe *Essay upon two arabick manuscripts*, Lond. 1711, p. 70.

(3) *Retulit*. V. Catalog. codd. arab. p. 275 ed. Maii.

(4) *Inseruit* vid. *Comment. in histor. Aethiop.* p. 314.  
Inde varietates quasdam Bickellius in suis notis re-  
cepit, sed ab interpretum potius imperitia quam a di-  
versis fontibus repetundas.

(5) *Historia*. J. W. Bickell. *Geschichte des Kir-  
chenrechts*, Giessen 1843, p. 1. p. 87-97, 107-130 et 180.

ΑΙ ΔΙΑΤΑΓΑΙ ΑΙ ΔΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ  
ΚΑΙ ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΙ  
ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ

---

CONSTITUTIONES PER CLEMENTEM  
ET ECCLESIASTICI SS. APOSTOLORUM CANONES

Χαίρετε, νιοί και θυγατρίες (1) ἐν δόματι κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰωάννης και Ματθαῖος (2) και Πέτρος και Ἀγριέας και Φίλιππος και Σίμων και Ἰάκωβος και Ναθαναήλ και Θωμᾶς και Κηφᾶς και Βαρθολομαῖος και Ἰούδας Ἰακώβου (3). Κατὰ καλεσμὸν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος, συναθροισθέντων ἡμῶν, καθὼς διέταξε πρὸ τοῦ (4). Μέλλετε κληροῦσθαι ταῖς α) ἐπαρχίας (5), καταλογῆσασθαι τόπων ἀριθμούς, ἐπισκόπων ἀξίας, πρεσβυτέρων ἔδρας, διαικόνων παρεδρίας, ἀναγνωστῶν νουτιχίας, χηρῶν ἀνεκκλησίας (6), και ὅσα δέοι πρὸς θεμελίωσιν ἐκκλησίας, ἵνα τύπον τῶν ἐπουρανίων εἰδότες φυλάσσωνται ἀπὸ παντὸς ἀστοχηματος· εἰδότες ὅτι λόγον ὑφίξουσιν ἐν τῇ μητρὶ ἡμῶν τῆς κρίσεως περὶ ἡγ. ἀκούσαντες οὐκ ἐφύλαξαν και ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἐκπέμψαντας τοὺς λόγους εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην, ἐδοξεν οὖν ἡμῖν πρὸς ὑπόμνησιν τῆς ἀδελφότητος και νοοθεσίαν, ἐκάστην ὡς ὁ κύριος ἀπεκάλυψε κατὰ τὸ Θέλημα (τοῦ Θεοῦ) (c) διὰ Πνεύματος ἀγίου, μνησθεῖσι λόγου, ἐντείλασθαι υἱοῖν.

I.

Ιωάννης εἶπεν· “<sup>a)</sup> Αγόρευς ἀδελφοί, εἰδότες ὅτι λόγον ὑφέξομεν <sup>b)</sup> περὶ τῶν διατεταγμένων ἡμῖν εἰς ἑνὸς πρόσωπον μὴ λαμβάνωμεν, ἀλλ’ εάν τις δοκῇ συμφέρον ἀντιλέγειν, ἀντιλεγέσθω αὐτῷ. „

“Ἐδοξεῖ δὲ πᾶσι πρῶτον Ιωάννην εἰπεῖν.

Laetemini, filii et filiae.—In nomine Domini Iesu Christi Ioannes et Matthaeus et Petrus et Andreas et Philippus et Simon et Iacobus et Nathanael et Thomas et Cephas et Bartholomaeus et Iudas Iacobi [frater], quum iubente Domino nostro Iesu Christo Salvatore, nos convenissemus, decrevimus quemadmodum ipse antea statuit. Vos oportet sorte dividere provincias et loca numeratim recensere, episcoporum munera, presbyterorum sedes, diaconorum assensiones, lectorum instructiones, viduarum secessiones et quaecumque oportet in fundamento ponи Ecclesiae: ut formam rerum supracoelestium agnoscentes, [populi] serventur ab omni iniuitate, scientes se rationem esse in summa illa die Iudicij reddituros de his quae audierunt neque servaverunt. Idem et praecepit nobis sermones emittere per universam terram. Visum igitur nobis est in commendationem fraternitatis et hortationem, prout singulis Dominus suggessit, iuxta Dei voluntatem, in Spiritu Sancto, praecepta vobiscum qui verbi memores estis, communicare.

I.

Ioannes dixit: «Viri fratres, cum noveritis nos rationem reddituros esse de rebus per nos constitutis, nullius ad personam respiciamus, sed si quis utile duxerit contradicere, aequē contradicatur ei.»

Visum est autem omnibus quod Ioannes primus loquatur:

a) Ἐπ' ἀρχαῖας vindob.

b) Παρακλήσις forte.—Paulo post in vindobon.

Φυλάσσονται.

c) Τοῦ Θεοῦ supra lineam ibid. ponitur et mox

μνησθεῖσ.

d) Ἐφέξεμεν ibid.

Ιωάννης εἶπεν “Οδοὶ δύο εἰσὶ (6) μία τῆς ζωῆς, καὶ μία τοῦ Θανάτου· διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν εἰς μὲν γὰρ ὁδὸς τῆς ζωῆς ἐστιν αὕτη· πρῶτον, ἀγαπήσεις (7) τὸν Θεόν, τὸν ποιόσαντά σε, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου (g), καὶ δοξάσεις (h) τὸν λυτρωσάμενόν σε ἐκ Θανάτου, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη· δεύτερον (i), ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτὸν, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ δευτέρα· ἐν οἷς ὅλος ὁ νόμος κρέμαται καὶ οἱ προφῆται (7) ..,

Ματθαῖος εἶπε· “Πάντα δύσα μὴ θέλης σοι γενέσθαι (8), σὺ μηδὲ ἄλλῳ ποιήσεις (k) τούτων δὲ τῶν λόγων τὴν διδαχὴν εἶπεν, ἀδελφὲ Πέτρε.,,

Πέτρος εἶπεν “Οὐ φονεύσεις (l), οὐ μοιχεύσεις, οὐ πορνεύσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ φονεύσεις τέχνον ἐν φθορᾷ, οὐ [τὸ] γεννηθὲν ἀποκτενεῖς (m), οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐ κακολογήσεις, οὐδὲ μηνσικακήσεις, οὐκ ἔσῃ δίγνωμος, οὐδὲ δίγλωσσος (n), παγὶς Γάρ Θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. Οὐκ ἔσται ὁ λόγος σου κενός, οὐδὲ ψευδῆς, οὐκ ἔσῃ πλεονέκτης, οὐδὲ ἄρπαξ, οὐδὲ ὑποχριτής, οὐδὲ (o) κακοήθης, οὐδὲ ὑπερήφανος, οὐδὲ λήψη βουλὴν πονηρὰν κατὰ τοῦ πλησίον σου· οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον, ἀλλ’ οὓς μὲν ἐλέγξεις, οὓς δὲ ἐλεήσεις (p), περὶ ᾧ δὲ προσεύξῃ, οὓς δὲ ἀγαπήσεις (q) ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου (9) .,

Ioannes ait : « Viae duae sunt , una vitae , et altera interitus ; discriminem vero magnum inter duas vias ; prior enim ad vitam haec est : Primum amabis Deum qui te fecit ex omni corde tuo , et glorificabis eum qui te redemit a morte , hoc est mandatum primum . Alterum , diliges proximum tuum sicut te ipsum , hoc mandatum est secundum ; in his universa lex pendet et prophetae . »

Matthaeus dixit : « Omnia quaecumque non voles tibi fieri , ea noli alteri facere . Horum vero sermonum doctrinam edissere , frater Petre ! »

Petrus inquit : « Non occides , non adulterabis , non fornicaberis , non venena miscebis , non interficies genitum in foetu , neque natum necabis ; non falsum dices testimonium , non maledices , non iniuriae memor eris , non eris animo duplex neque duplicitis linguae : laqueus enim mortis est lingua duplex . Non erit sermo tuus in vanum , neque mendax ; non eris ambitiosus , neque rapax , neque hypocrita , neque male moratus , neque superbus , neque pravum sumes consilium in proximum tuum , neque ullum odio hominem habebis ; verum hos argues , illorum autem misereberis , pro aliis orabis , alios vero plus amabis quam tui ipsius animam . »

e) Καὶ διαφορὰ πολλὴ τῶν δύο· ἡ οὖν τῆς ζωῆς ἐστιν αὗτη. Ottobon. Indo incipiunt περάλητα non semel illudem concepta verbis in constit. apost. lib. VII, cap. I.

f) Ἀγαπήσῃς vindob.

g) Σου. Statim ottobon. legit: Δεύτερον, ἀγαπήσεις, usque ad τελετόν, nec plura in hac pericope.

h) Δοξάσῃς. Ita et mox ἀγαπήσῃς vindobon.

i) Δευτέρα vindobon. neque aliter Bickell.

k) Ματθ. εἰπει τῶν ὁ μὴ θέλεις γενέσθαι σοι, μηδὲ σὺ ἄλλῳ ποιήσεις, τουτίστιν ὁ σὺ μίσεις, ἄλλῳ μὴ ποιήσῃς. Πέτρος κατ. ottobon. Cf. Toth. IV, 16; Luc. VI, 31,

et const. apost. I. VII, c. 2.

l) Φονεύσεις, οὐ ποιήσεις ἀμαρτίας τινὰ τῇ σφετὶ σου, οὐ κλέψεις, οὐ μαγεύσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ κληπτὸν σου, οὐκ ἐπιορκήσεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, ottobon.

m) Ἀποτείης vindobon.

n) Δίγλωσσος, οὐκ ἔσται σοι λόγος κενός, οὐδὲ ψευδής, omissis caeteris, ottobon..

o) Οὐκ ἔσῃ lib.

p) Οὓς δὲ ἐλεήσεις om. ottob.

q) Περὶ ᾧ δὲ καὶ πρ. οὓς δὲ καὶ ἀγ. id.

Ανδρέας εἶπε· “Τέκνον μου ρ), φεῦγε ἀπὸ παντὸς πονηροῦ σ) καὶ ἀπὸ παντὸς ὁμοίου αὐτοῦ, μὴ γίνου δρυγίλος (10), ὁδηγεῖ γὰρ ἡ δρυγὴ πρὸς φόνον· ἐστι γὰρ δαιμόνιον ἀρρενικὸν ὁ θυμός· Μὴ γίνου ζηλωτὴς τ), μηδὲ ἐριστικὸς, μηδὲ θυμαντικὸς, ἐκ γὰρ τούτων φόνος γεννᾶται ι)..,,

Φιλιππος εἶπε· “Τέκνον, μὴ γίνου ἐπιθυμητὸς (11). ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τὴν πορνείαν ν), καὶ ἔλκει τοὺς ἀνθρώπους πρὸς ἑαυτὸν· ἐστι Γὰρ θηλυκὸν δαιμόνιον τῆς ἐπιθυμίας, καὶ ὁ μὲν μετ' ὁργῆς, ὁ δὲ μεθ' ἡδονῆς ἀπόλλυσι τοὺς εἰαδεχομένους αὐτά. Οδὸς δὲ πονηροῦ πνεύματος ἀμαρτία ψυχῆς· καὶ ὅταν βραχείαν εἰσδυσιν σχῆ ἐν αὐτῷ, πλατύνει αὐτὸν, καὶ ἄγει ἐπὶ πάντα τὰ κακὰ τὴν ψυχὴν ἔκείνην, καὶ οὐκ ἐᾷ διαβλέψαι τὸν ἀνθρώπον καὶ ἴδεῖν τὴν ἀλήθειαν. Ο θυμὸς ὑμῶν μέτρον ἔχειτο, καὶ ἐν βραχῇ διαστήματι αὐτοῦ ἡγιονεῖτε, καὶ ἀνακρούετε, ἵνα μὴ ἐμβάλλῃ ὑμᾶς εἰς ἔργον πονηρού. Θυμὸς γὰρ καὶ ἡδονὴ πονηρὰ ἐπιπολὺ παραμένοντα κατὰ ἐπιτασιν δαιμόνια γίνεται. Καὶ ὅταν ἐπιστρέψῃ αὐτοῖς ὁ ἀνθρώπος, οἰδαίνουσιν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, καὶ γίνονται μετίζοντες, καὶ ἀπάγουσιν αὐτὸν εἰς ἔργα ἄδικα, καὶ ἐπιγέλωσιν αὐτῷ, ἥδονται ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ἀνθρώπων.,,

Σίμων εἶπε· “Τέκνον ρ), μὴ γίνου αἰσχρολόγος, μηδὲ ὑψηλόφθαλμος· ἐκ γὰρ τούτων μοιχεῖαι γίνονται (12). .,

Ιάκωβος εἶπε· “Τέκνον, μὴ γίνου οἰωνοσκόπος, ἐπεὶ δὲ ὁδηγεῖ γ) πρὸς

Andreas dixit: « Fili mi , fuge ab omni pravo, et a quocumque istiusmodi homine; noli fieri iracundus ; ducit enim ira ad caedem, ac veluti masculum daemonium est iracundia. Ne sis aemulator , neque contentiousus, neque promptus ad succensendum; ex his quippe homicidium oritur. »

Philippus inquit: « Fili , ne cupidus fias ; dicit enim concupiscentia ad nequitiam , trahitque homines ad se. Est enim quasi femininum concupiscentiae daemonium, et sive per iram , sive per voluptatem eos perdit qui talia in se recipiunt. Via autem pravi spiritus animae peccatum est, quod statim ut strictum sibi ingressum straverit, mox eum in ipso amplificat , et pronam agit per quaeque perversa illam animam , neque sinit ab homine perspici et considerari veritatem. Motas animi vestri modum habeat, cumque strictis habenis in exiguo campo ducite et coeroete , ne invehat vos in opus pravum. Animi quippe impetus et voluptas mala plerumque fiunt daemonia quae viribus auctis permanent , et quam se ab illis homo averterit , tumefiunt in eius anima , et invalescent , ac prava per opera eum trudunt et irrident, atque delectantur in hominum perditione.

Simon ait: « Fili , ne sis turpis lueri cupidus , neque elato superbus oculo; ex his etenim adulteria gignuntur. »

Iacobus dixit: « Fili , ne fias auguri interpres , id quippe ducit ad idololatriam ; ne-

τ) Τέκνον μου οι. οι. οι.  
σ) Κακοῦ id.  
τ) Ὁργίλος, μήτε ζηλωτὴς id.  
σ) Ἐριστικὸς, μηδὲ μανικός, ὁδηγεῖ γὰρ ταῦτα πρὸς τὸν φόνον id.

ν) Φιλ. εἶπε· μὴ γίνου ἐπιθ. ὁδηγεῖ γὰρ πρὸς τὴν πορνείαν, nec plura idem usque ad verba Simonis.  
χ) Τέκνον. Praeter hanc vocem, similia in Ottobon.  
γ) Ὁδηγη vindobon.

τὴν εἰδωλολατρείαν, μηδὲ ἐπαισθάνεις, μηδὲ μαθηματικός, μηδὲ περικαθαίρων, μηδὲ θέλει αὐτὰ σ) εἰδέναι, μηδὲ ἀκούειν ἐκ γὰρ τούτων ἀπάντων εἰδωλολατρεῖαι γεννῶνται.,,

Ναθαναὴλ εἶπε· “Τέκνον, μὴ γίγου φεύστης, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ τὸ φεῦσμα ἐπὶ τὴν κλοπὴν α) μήτε φιλάργυρος, μήτε κενόδοξος· ἐκ γὰρ τούτων ἀπάντων κλοπαὶ γεννῶνται β). — Τέκνον, μὴ γίγου γόγγυσος (13), ἐπειδὴ ἄγει πρὸς τὴν βλασφημίαν, μήτε αὐθάδης γ), μήτε πονηρόφρων· ἐκ γὰρ τούτων ἀπάντων βλασφημίαι γεννῶνται δ).” Ισθι δὲ πραῦς, ἐπειδὴ πραιῆς κληρονομοῦσι ε) τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· γίγου μακρόθυμος, ἐλεήμων, εἰρονοῶσιος, καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἀπὸ παντὸς κακοῦ β), ἀκακος καὶ ἡσύχιος, ἀγαθὸς, καὶ φυλάσσων καὶ τρέμων τοὺς λόγους οὓς ἔκουσας γ), οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν, οὐδὲ δώσεις τὴν ψυχὴν σου μετὰ ὑψηλῶν δ), ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ ε). Τὰ δὲ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ, εἰδὼς ὅτι ἄτερ Θεοῦ οὐδὲν γίνεται (14)..,

Θωμᾶς εἶπεν· “Τέκνον, τὸν λαλοῦντά σοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ παρατίον σοι Γινόμενον τῆς ζωῆς, καὶ δόντα σοι τὴν ἐν Κυρίῳ σφραγίδα, ἀλαπήσεις ὡς κόρην ὁφθαλμοῦ σου, μνησθήσῃ δὲ αὐτοῦ νύκτα καὶ ἡμέραν, τιμήσεις αὐτὸν ὡς τὸν Κύριον, ὅθεν γὰρ ἡ κυριότης λαλεῖται δ), ἐκεῖ Κύριος ἐστιν· Ἐξη-

que mathematicus neque lustrans, noli autem talia videre, neque audire; nam ea omnia  
gignunt idolatriam.

Nathanael dixit: «Fili, noli fieri mendax, quandoquidem ducit mendacium ad fursum, neque pecuniosus, neque vanae gloriae appetitor; ex his enim omnibus furta oriuntur.» «Fili, ne sis obtrectator, id quippe pellit in blasphemiam; neque contumax, neque prava meditare, sane ex his blasphemiae generantur. Esto autem mitis, quoniam mittes in haereditatem accipient regnum coelorum. Sis longanimus, misericors, pacis artifex, purus corde et ab omni mundus nequitia, innocens et pacificus, bonus, custodiensque cum tremore sermones quos audivisti. Non te extolles, neque committes animam tuam cum elatis, sed cum iustis et humilibus conversaberis. Quae autem tibi acciderint, violentorum facinora, ea ut bona suscipe, considerans nihil sine Deo fieri.»

Thomas ait: «Fili, eum qui loquitur tibi sermonem Dei et auctor tibi vitae fit tibique in Domino dat sigillum, amabis ut pupillam oculi, memorabis die noctuque, et veneraberis ut Dominum; ubi enim de Domino sermo fit, ibi Dominus est. Exquiras

z) Λύτας vindob. et Bickell. correximus ex ottobon. in quo iterum τίχνη omittitur, sed additur: ἀ-  
ιρεῖ ante περικαθαίρων. Constitut. ap. cap. 6. lib. cit. ha-  
bent: περικαθαίρων τὸν νίον σου.

a) Ἐπειδὴ ὁδηγ. τ. ψ. ε. τ. κλοπὴ, om. ottob.

b) Γίνονται id. Bickell scripsit semel hic, et iterum infra: ‘Ἐκ γὰρ τῶν ἀπάντων, αἱ scriptura codicūm rece-  
dens.

c) Γόγγυσος, μὴ θυμωθῆς, μὴ αὐθ. ottobon.

d) Γίνονται iterum id.

e) Ἐξει: Bickell: κληρονομίσουσι τ. βασ. τοῦ Θεοῦ  
ottobon.

f) Ἀπὸ πάντ. κακ. om. id.

g) Λογ. τοῦ Θεοῦ, οὐχ ὑψ. id. sed male.

h) Οὐ δάσσεις τῇ ψυχῇ σου θράσσος, οὐδὲ κολληθήσῃ  
τῇ ψυχῇ σου μετὰ ὑψηλῶν id. ex ps. 130, 130, 1, 2, 3, et  
Prov. XIII, 17.

i) Ἀναστρ. om. id.

k) Ὁθεν γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς λαλεῖται id.

τήσεις δὲ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ καθ' ἡμέραν <sup>l)</sup>, καὶ τοὺς λοιποὺς, ἵνα ἐπαραπάνη τῷ τοῖς λόγοις αὐτῶν κολλώμενος· ὡς ἄγιος γὰρ ἄγιοις ἀγιασθήσῃ <sup>n)</sup>. τιμήσεις αὐτὸν, καθ' ὃ δυνατὸς εῖ, ἐκ τοῦ ἰδρῶτός σου, καὶ ἐκ τοῦ πόνου τῶν χειρῶν σου: εἰ Γάρ ὁ Κύριος δι' αὐτοῦ ἡξίωσε σοι δοθῆναι πνευματικὴν Τροφὴν καὶ ποτὸν καὶ ζωὴν αἰώνιον, σὺ ὀφείλεις πολὺ μᾶλλον τὴν φθαρτὴν καὶ πρόσκαιρον προσφέρειν Τροφὴν ἀξιος Γάρ ὁ ἑρμάτης τοῦ μισθοῦ, καὶ βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις, καὶ οὐδεὶς φυτεύει ἀμετελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἴσθιεις <sup>(15),,,</sup>

Κηφᾶς εἶπεν: "Οὐ ωιήσεις σχίσματα <sup>o)</sup>, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους, χρινεῖς δικαίως, οὐ λήψῃ πρόσωπόν τινα ἐλέγξας <sup>p)</sup> ἐπὶ παραπτώματι· οὐ γὰρ ἴσχυει πλοῦτος παρὰ Κυρίῳ <sup>(16)</sup>, οὐ Γάρ ἀξίας προκρίνει, οὐδὲ καλλος ὠφελεῖ, ἀλλὰ ἴσότης ἐστὶ πάντων παρ' <sup>q)</sup> αὐτῷ. Ἐν προσευχῇ <sup>(17)</sup> σου μὴ διψυχήσῃς <sup>r)</sup> πότερόν ἐσται ἢ οὐ· μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. Ἐὰν ἔχεις, διὰ τῶν χειρῶν σου δὸς <sup>s)</sup> εἰς λύτρωσιν τῶν ἀμαρτιῶν σου· οὐ διστάσεις διδόναι, οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις, γνώση γὰρ τίς ἐστιν ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. Οὐκ ἀποστραφήσῃ ἐνδεόμενον, κοινωνήσεις δὲ ἀπάντων <sup>t)</sup> τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ οὐκ ἔρεῖς ἴδια εἶναι· εἰ Γάρ ἐν τῷ ἀθανάτῳ κοινωνοὶ ἐστε, πόσον μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς;,,

autem faciem illius singulis diebus, caeterosque simul sanctos, ut in sermonibus quiescas illorum et adhaereas; sicut enim sanctus, cum sanctis sanctificaberis. Observantiam in eum, quantam poteris, exhibebis in sudore tuo et opera manuum tuarum. Si enim tibi per eum Dominus dignatus est spiritualem largiri cibum et potum et vitam aeternam, te multo magis oportet corruptibilem et temporaneum praestare cibum. Dignus enim operarius mercede sua, et bovem triturantem non alligabis, et nemo plantat vineam quin de fructu illius comedat.»

Cephas dixit: «Non facies schismata, conciliabis autem pacem inter dissidentes, iudicabis ex aequo, non accipies personam, quum aliquis lapsus fuerit convictus. Non enim praevalet dives coram Domino, neque ab illo dignitas praeponitur, nec prodest venustas, sed aequabilitas omnium apud eum est. In oratione ne ancipiti animo mediteris quid futurum sit aut non sit, neque is fias qui manus ad recipiendum extendat, ad largiendum vero retrahat; si habes, manibus tuis dabis, unde tua redimantur peccata. Non distuleris, datoque munere non murmurabis, neveris enim qualis sit mercedis praeclarus remunerator. Ne averseris egenum, sed tribue fratri tuo, neque tua dices propria esse. Si enim immortale commune habetis, quanto magis peritura?»

<sup>l)</sup> Ἐξηγ. δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς λοιποὺς ἄγιους οἴτον.

<sup>m)</sup> Ἐπαναπαύθης, id.

<sup>n)</sup> Ἀγιασθήσιται id. qui inde sequentia omittit usque ad illud ὃ γάρ κύρ. ἥξινοι τε δι' αὐτοῦ δυθῆναι σοι πνευμ. τροφὴν καὶ ζωὴν αἰώνιον. Tum ibidem Cephas statim loquitur.

<sup>o)</sup> Σχίσμα, εἰρηνεύσασας δὲ μαχ. ib.

<sup>p)</sup> Ἐλεγξαί vindobon.

<sup>q)</sup> Τινά εἰπε παραπτ. Ἰσότης γάρ ἐστι παραθεῖσα οἴτον.

<sup>r)</sup> Διψυχήσῃς. Εάν ἔσται ἔχειν σὲ, ἀπό τῶν χειρῶν σου δός εἰς ἄφεσιν ἀμαρτιῶν σου οὐκ ἀποστρεφήσῃ ἐνδεούμενος, συγχοινωνήσεις δὲ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς σου, καὶ οὐκ ἔρεις ἴδια εἶναι. Εἰ γάρ ἐν τῷ θανάτῳ (sic, sed male) κοινωνοὶ ἐστε, πόση μᾶλλον ἐν τοῖς θυητοῖς οἴτον:

<sup>s)</sup> Δάσσεις vindobon. Correxit insulse Bickell. et scripsit δώσεις; legendum certe cum Constitut. l. c. δός εἰς.

<sup>t)</sup> Εἰς πάντα in Constit.

Βαρθολομαῖος εἶπεν οὐ· Ἐρωτῶμεν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὡς ἔτι καιρός ἐστι, καὶ ἔχετε εἰς οὓς ἴργαζεσθαί μεθ' ἑαυτῶν, μὴ ἐκλίσετε ἐν μηδενὶ, ἐξουσίαν ἔὰν ἔχητε· ἐγγὺς γάρ ἡ ἡμέρα Κυρίου, ἐν ᾧ συναπολεῖται πάντα σὺν τῷ τοντρῷ· ἕξει γάρ ὁ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μεθ' αὐτοῦ. Ἐαυτῶν γίνεσθε σύμβουλοι ἀλαζοῦ, διδαχτοί φυλάξεις ἀπερ ἔλαβες, μήτε προσθεῖς, μήτε ὑφαιρῶν.,,

## II.

Πέτρος εἶπεν· “Αδελφοὶ, τὰ περὶ τῶν λοιπῶν νουθεσιῶν αἱ γραφαὶ διδάξουσι· ἡμεῖς δὲ ἀ ἐκελεύσθημεν, διαταξώμεν.,,

Πάντες εἶπαν· “Πέτρος λεγέτω.,,

Πέτρος εἶπεν· “Ἐὰν ὀλιγανδρία ὑπάρχει, καὶ μήπου πλῆθος τυγχάνει τῶν δυναμένων ψηφίσασθαί περὶ ἐπισκόπου, ἐντὸς δεκαδύο ἄνδρῶν, εἰς Τὰς πλησίον ἐκκλησίας, ὅπου τυγχάνει πεπηγυῖα, γραφέτωσαν, ὅπως ἐκεῖθεν ἐκλεκτοὶ τρεῖς ἄνδρες παραγενόμενοι δοκιμῇ δοκιμάσαντες τὸν ἄξιον ὄντα, εἰ τις φήμην καλὴν ἔχει ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, εἰ ἀναμάρτυτος ὑπάρχει, εἰ φιλόπτωχος, εἰ σώφρων, μὴ μῆδυσος, μὴ πόρρος, μὴ ἀλεονέκτης, ἢ λοιδωρος, ἢ προσωποληπτης, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· καλὸν μὲν εἶναι ἀγύναιος, εἰ δὲ μὴ, ἀπὸ μιᾶς γυναικός (18)· τατδεῖας μέτοχος, δυνάμενος τὰς γραφὰς ἐρμηνεύειν, εἰ δὲ ἀγράμματος, πραῦς

Bartholomaeus dixit: « Obsecramus vos, fratres, quoniam tempus est, neque vobis desunt in quos operemini simul; nihil omittatis in ulla re quae penes vobis sit. Prope est enim dies Domini in qua cuncta cum maligno disperdentur. Veniet namque Dominus et merces illius cum illo. Invicem estote in bonis participes, docibilesque. Servabis ea quae accepistis, ut nihil addas neve demas.

## II.

Petrus dixit: « Caetera quae moneantur, scripturae docebunt; nos vero, quae praecepta nobis sunt, constituamus. »

Omnes dixerunt: « Petrus loquatur. »

Petrus locutus est: « Si paucitas hominum accidit neque iam copia adest eorum qui suffragium de episcopo ferre valent, sint scilicet infra duodecim homines, ad proximas ecclesias, quae plebe abundant, scribantur litterae, ut ibi eligibles viri tres fiant, qui probe experiantur quis dignus sit, an bonam ille habeat famam ab ethnicis, an insons existat, an pauperum studiosus, an prudens, an non ebriosus, nec fornicator, neque ambitiosus aut contumeliosus vel personarum acceptor, et caetera id genus. Bene autem erit eum esse mulieris expertem; sin minus, unius suis uxoris consortem; doctrinae sit particeps, idoneus Scripturarum interpres; si vero litterarum rudis est, mitis sit et cha-

κ.) Εἶπεν. Οὐκ ἀρεῖς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου, οὐδὲ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλ' ἀπὸ νεότητος διδάξεις αὐτοὺς τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. Ἐξομολογήσῃ τὰ παραπτώματά σου· οὐκ ἐγκαταλείψῃ ἐντολάς Κυρίου οὐ σῆσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν καὶ πᾶν ὁ μὴ ἀρέσκει Κυρίῳ φυλάξῃ δὲ ἀ παρελάβεις, μήτε προστιθεῖς, μήτε ὑφαιρῶν· αὐτη ἐστιν ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς. His concluditur libelles in ottoboniano, quibuscum cf. Const. I. c. cap. 12 usque ad 17.

ὑπάρχων καὶ τῇ ἀγάπῃ εἰς τάντας περισσευέτω, μή ποτε περί τινος ἐλεγχθεὶς ἐπίσκοπος ἀπὸ τῶν πολλῶν γενηθείν (19). ,,

Ιωάννης εἶπεν “Ο κατασταθεὶς ἐπίσκοπος, εἰδὼς τὸ προσεχὲς καὶ φιλόθεον τῶν σὺν αὐτῷ, καταστήσει οὓς ἔὰν δοκιμάσῃ πρεσβυτέρους δύο.,,

Πάντες ἀντεῖπον, ὅτι οὐ δύο, ἀλλὰ τρεῖς εἴκοσι Γάρ καὶ Τέσσαρες εἰσι πρεσβύτεροι, δώδεκα ἐκ δεξιῶν, καὶ δώδεκα ἐξ εὐωνύμων (20).

Ιωάννης εἶπεν “Καλῶς ὑπεμνήσατε, ἀδελφοί· οἱ μὲν γὰρ ἐκ δεξιῶν δεχόμενοι ἀπὸ τῶν ἀρχαγέλων τὰς φιάλας προσφέρουσι τῷ δεσπότῃ, οἱ δὲ ἐξ ἀριστερῶν ἐπέχουσι τῷ πλήθει τῶν ἀγγέλων. Δεῖ οὖν εἶναι . . . υ) τοὺς πρεσβυτέρους ἕδη κεχρονικότας ἐπὶ τῷ κόσμῳ, [τρόπῳ τιγιώ] ἀπεχομένους τῆς πρὸς γυναικας συγελεύσεως, εὐμεταδότους εἰς τὴν ἀδελφότητα, πρόσωπον ἀνθρώπου μὴ λαμβάνοντας, συμμύστας τοῦ ἐπισκόπου καὶ συνεπιμάχους, συναθροίζοντας τὸ πλῆθος, προθυμουμένους τὸν ποιμένα. Οἱ ἐκ δεξιῶν πρεσβύτεροι προονήσονται τῶν ἐπισκόπων πρὸς τὸ Θυσιαστήριον, ὅπως τιμήσωσι καὶ ἐντιμηθῶσιν, εἰς ὃ ἀν δέην οἱ ἐξ ἀριστερῶν πρεσβύτεροι προονήσονται τοῦ ἀλήθους, ὅπως εὐσταθῆσι καὶ ύ), ἀθόρυβος εἴη, πρῶτον μεμαθηκὼς ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. Εἰ δέ τις νοοθετούμενος αὐθαδῶς ἀποκριθῇ z), ἐμποιήσαντες οἱ ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν τοιοῦτον μετὰ ἴοντος βαυλῆς, ὃ ἀτ εἴη a) ἄξιον, δικασίτωσαν, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι b), μήποτε ἐνὸς πρόσωπον λαβῶσι, καὶ ἐπὶ πλεῖστον νεμηθῆ ὡς γάγγραινα, καὶ αἰχμαλωτισθῶσι οἱ πάντες (21). ,,

ritate adversus omnes superabundet; ne unquam, de aliqua nequitia convictus, episcopus a multis renuntietur.»

Ioannes dixit: «Qui institutus fuit episcopus, considerata utilitate et pietate in Deum eorum qui cum illo sunt, instituet ex illis quos probaverit, duos presbyteros.»

Omnis reposuerunt: «Non duos, sed tres; viginti enim et quatuor sunt seniores, duodecim a dextris, et duodecim a sinistris.»

Ait Ioannes: «Bene meministis, fratres. Qui enim a dextris sunt accipientes ab archangelis phialas, offerunt Domino; qui autem a sinistris, agunt cum multitudine angelorum. Oportet igitur esse seniores, iam aevō maturos in mundo, aliquo abstinentes modo a mulieris consortio, promptos ad largiendum fratribus, personam hominis non recipientes, qui ministrent cum episcopo et simul praelientur, qui convocent plebem, et alaci studio pastorem prosequantur. Qui a dextris erunt seniores, episcopis procurent ea quae spectant ad altare, ut honorent eos et colant quantum oportuerit. Qui a sinistris seniores sunt, provideant de plebe ut rite componatur et sine tumultu, secundum ea quae prius populus didicerit in omni submissione. Si quis autem monitus arroganter responderit, id suscipientes qui altari deputantur, cum aequa sententia quod iustum erit, decernant, ut caeteri metum habeant, nullius unquam persona accepta, ne malum accrescat ut gangraena, et in servitatem abducantur omnes.»

v) Εἴη. Vox una hic erosa in vindob.

x) Τρόπῳ τινὶ sapit προσθήκη byzantinorum.

y) Ή καὶ cod. et edit.

z) Ἀποκριθῆ, τὸ Ibid. an pro ἀποκριθῆ;

a) Eī cod. vindob.

b) Ξεχουσι in cod. et Bickell.

\*

Ιάκωβος εἶπεν "Αγαλγώστης καθιστανέσθω πρῶτον δοκιμῆ δεδοκιμασμένος· μὴ γλωσσοκόπος, μὴ μέθυσος, μήτε γελωτολόγος, εὔπροπος, εὐπειθῆς<sup>c)</sup>, εὐγάμων, ἐν ταῖς κυριακαῖς συνόδοις ωρῶτος σύνδρομος, εὐήκοος, διηγητικὸς, εἰδὼς ὅτι εὐαγγελιστοῦ τόπον ἐργάζεται· ὁ γὰρ ἐμπιπλῶν ὥτα μὴ νοσῦντος, ἔγραφος λογισθῆσεται παρὰ τῷ Θεῷ (22).

Ματθαῖος εἶπε "Διάκονοι καθιστάσθωσαν γέγραπται· Ἐπὶ τριῶν σταθῆσιται πᾶν ρῆμα Κυρίου (23).,, Ἐστῶσαν δεδοκιμασμένοις πάσῃ διακονίᾳ, μεμαρτυρημένοις παρὰ τοῦ πλήθους, μονόγαμοι, τεκνοτρόφοι, σώφρονες, ἐπιεικεῖς, ἡσυχοι, μὴ γόγγυσοι, μὴ δίγλωσσοι; μὴ ὀργίλοι (ὄργὴ Γὰρ ἀπόλλυσιν ἄνδρα φρόνιμον); μὴ πρόσωπον πλούσιον λαμβάνοντες, μηδὲ πένητα καταδυναστεύοντες, μηδὲ οἴγω πολλῷ χρώμενοι, εὔσκυλτοι, τῶν κρυφίων ἔργων καλοὶ προτρεπτικοὶ, ἐπαναγκάζοντες τοὺς ἔχοντας τῶν ἀδελφῶν ἀπλοῦν τὰς χεῖρας, καὶ αὐτοὶ εὐμετάδοτοι, κοινωνικοὶ, ωάσῃ τίμῃ καὶ ἐντροπῇ καὶ φόβῳ τιμώμενοι ἀπὸ τοῦ πλήθους, ἐπιμελῶς ωροσέχοντες τοῖς ἀτάκτως ωριπατοῦσιν, οὓς μὲν γουθετοῦντες, οὓς δὲ παρακαλοῦντες<sup>d)</sup>, οὓς δὲ ἐπιτιμῶντες· τοὺς δὲ καταφρονοῦντας τελέως παραπεμπόμενοι, εἰδότες ὅτι οἱ ἀντίλογοι καὶ καταφρονηταὶ καὶ λοιδοροὶ Χριστῷ ἀντετάξαντο.,,

Κηφᾶς εἶπε "Χῆραι καθιστανέσθωσαν τρεῖς· αἱ δύο προσμένουσαι τῇ προσευχῇ περὶ πάντων ἐν πείρᾳ, καὶ πρὸς τὰς ἀποκαλύψεις περὶ οὐ ἀν δέη· μία δὲ παρεδρεύουσα ταῖς ἐν ταῖς γόσοις πειραζομέναις; εὐδιάκονος <sup>β)</sup>, νηπτικὴ <sup>ε)</sup>, τὰ

Iacobus dixit: « Lector instituatur, qui primum probe fuerit probatus; non lingua mordax, non ebriosus, non scurrilia effutiens, bonae frugi, moriger, aequanimus, qui in dominicos congressus primus convolet, qui bene audiat et prompte legat, non immemor se in evangelistae locum recipi. Qui enim adimplet aures non intelligentis, deferetur rationem Deo redditurus. »

Matthaeus dixit: « Diaconi instituantur: scriptum est: « In tribus stabit omne verbum Domini. » Sint comprobati in omni ministerio, cum testimonium habuerint ab omni plebe, unius sint uxoris, filiorum nutritores, prudentes, modesti, placidi, sine murmure, sine ira (ira enim virum perdit sapientem), sine ullo ad divitis personam respectu, neque pauperem opprimentes, neque vino multo indulgentes, ad tolerandum fortes, qui strenue abscondita opera commendent, cogant ex fratribus opulentos ut manus expandant, ipsi munifici, largitores, in omni honore, reverentia et timore venerabiles plebi, diligentia eos insectantes qui secus ambulant, aliis monita, aliis solatia, aliis poenas ministrantes, eos vero qui omnia omnino spernunt, missos facientes, memores Christo eos resistere qui contradicunt, spernunt et conviciantur. »

Cephas dixit: « Viduae instituantur tres, quarum duae perseverent in oratione pro omnibus, instante probatione, et revelationum causa, pro re nata. Una vero deputetur mulieribus morbo tentatis; probi sit ministerii, vigilancia insignis, ut necessaria prae-

c) Εὐπειδεῖς cod. vindob.

d) Παρακαλ. οὓς δὲ om. Bickell.

e) Ἡ επιτικὴ cod.

δέοντα ἀπαγγέλλοντα τοῖς πρεσβυτέροις, μὴ αἰσχροκερδῆς, μὴ οὖν πολλῷ προσέχοντα, ἵνα δύναται νήφειν τῷρες τὰς υπηρεσίας, καὶ εἴ τις ἐτέρα βούλοιτο ἔργα γαθεῖν, καὶ γὰρ ταῦτα πρῶτα <sup>f)</sup> Κυρίου Θησαυρίσματά εἰσιν ἀγαθά (24)..,

Ανδρέας εἶπε· “ Διάκονοι ἔργάται τῶν καλῶν ἔργων υπηρεσίας ἐπελεύσοντες πανταχοῦ, μήτε πένητα ὑπεροπτεύοντες, μήτε πλουσίον προσωποληπτεύοντες, ἐπιγνώσονται τὸν θλιβόμενον, καὶ ἐκ τῆς λογίας οὐ παραπέμψονται, ἐπανυκάσουσι τοὺς δυναμένους ἀποδημαρτύζειν εἰς ἔργα ἀγαθὰ, προορῶντας τοὺς λόγους τοῦ διδασκάλου ἡμῶν· “εἴδετε μὲ πεινῶντα, καὶ οὐκ ἐθρέψατέ με (25)·,, οἱ γὰρ καλῶς διακονίσαντες καὶ ἀμέματως, τόπον ἑαυτοῖς περιποιοῦνται τὸν ποιμενικόν.,,

Φίλιππος εἶπεν· “Ο λαϊκὸς τοῖς λαϊκοῖς φράγμασι περιποιεῖσθω ὑποτασσόμενος τοῖς παρεδρεύοντι τῷ Θυσιαστηρίῳ ἔκαστος τῷ ίδιῳ τόπῳ ἀρεσκέτω τῷ Θεῷ· μὴ φιλεχθροῦντες ἀλλῆλοις περὶ τῶν τεταγμένων, ἔκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη παρὰ τῷ Θεῷ. Ο ἕτερος τοῦ ἐτέρου τὸν δρόμον μὴ παρατεργέτω, οὐδὲ γὰρ οἱ ἄγγελοι παρὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς οὐδὲν ἕτερον ἐξελίσσουσιν.,,

Ανδρέας εἶπεν· “Εὔχρηστόν ἐστιν, ἀδελφοί, ταῖς γυναιξὶ διακονίαν καταστῆσαι.,,

Πέτρος εἶπεν· “Ἐφθάσαμεν τάξαντες περὶ δὲ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος ἀκριβῶς μηνύσωμεν.,,

stet presbyteris, nec lucro inhabet turpi, neque multo vino dedita sit, ut possit invigilare nocturnis ministeriis, et si quae alia proba opera sint; quae quidem sunt primi apud Deum thesauri bona huiusmodi opera. »

Andreas dixit: « Diaconi, bonorum opifices operum, noctu dieque circumaneentes quocumque, neque pauperem despicientes, neque habentes ad opulentos respectum, discernent oppressum tribulatione, neque eum excludent a collecta, cogent eos quibus facultates sunt in bonis thesaurizare operibus, et considerare verba magistri nostri: « Videlis me esurientem et non nutritivis me.» Qui enim strenue ministraverunt et inculpabiliter, locum sibi vindicant pastoralem. »

Philippus dixit: « Laicus negotiis saecularibus inserviat, iis subditus qui presbyterio praesunt; unusquisque suo proprio contentus loco sit in Deo; nullam erga caeteros invidiam exerceant ob institutum ordinem, in quo singuli coram Deo eliguntur; alter alterius cursum ne intercipiat, neque enim angeli, praeter id quod illis assignatur, quidquam aliud praeoccupant.»

Andreas dixit; « Commodum erit, fratres, si mulieribus officium instituatur. »

Petrus ait: « Hactenus regulas posuimus. Verum de oblatione corporis et sanguinis diligenter commonefaciamus. »

f) Πρῶτα sic cod. Malim παρὰ τῷ Κυρίῳ

Ιωάννης εἶπεν· “Ἐπελάθεσθε, ἀδελφοί, ὅτε γέτησεν ὁ διδάσκαλος τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον καὶ ἡύλογησεν αὐτὰ λέγων. “Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμα (26), ὅτι οὐκ ἐπέτρεψε ταύταις συστῆναι ἡμῖν. .,

Μάρθα εἶπε· “Διὰ Μαριὰμ, ὅτι εἶδεν αὐτὴν μειδιῶσαν. .,

Μαρία εἶπεν· “Οὐκέτι ἐγέλασα· προέλεγε γὰρ ἡμῖν ὅτε ἐδίδασκεν, ὅτι τὸ ἀσθενὲς διὰ τοῦ ἰσχυροῦ σωθῆσεται (27). .,

Κηφᾶς εἶπεν· “Ἐντων μέμνησθε δὲ, ὅτι ταῖς γυναιξὶ μὴ δρθαῖς ἀρέσει προσεύχεσθαι, ἀλλὰ ἀστὸς τῆς γῆς καθεζομέναις. .,

Ιάκωβος εἶπε· “Πῶς οὖν δυνάμεθα περὶ Γυναικῶν διακονιῶν δρίσαι, εἰ μὴ τι διακονίας ἔτι σχύσωσι ταῖς ἐνδεομέναις; .,

Φίλιππος εἶπε· “Τοῦτο, ἀδελφοί, ἀερὶ τῆς μεταδώσεως, ὀποῖον ἔργον ἴαυτῷ Θησαυρὸν καλὸν περιποιεῖται· ὁ γὰρ Θησαυρίζων ἐν τῇ βασιλείᾳ ἔγγραφος ἐργάτης λόγιος θῆσεται παρὰ τῷ Θεῷ. .,

Πέτρος εἶπε· “Ταῦτα, ἀδελφοί, οὐχ ὡς ἐξουσίαν τινὸς ἔχοντες πρὸς ἀνάγκην, ἀλλ’ ἐπιταγὴν ἔχοντες παρὰ Κυρίου, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς φυλάξαι τὰς ἐντολὰς μηδὲν ἀφαιρεῦντας ή προστιθέντας, ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου ἡμῶν, ὃ ή. δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμén. .,

Ioannes subdidit: « Vos latet, fratres, quomodo rogaverit magister panem et calicem, et benedixerit dicens: « Hoc est corpus meum et sanguis, » quoniam non permisit ea cum illis mulieribus palam communicare. »

Martha dixit: « Per Mariam, quoniam eam vidit subridentem. »

Maria ait: « Minime ridere sustinui; praedixit autem nobis, quando docebat, fore ut debilis a forti salvaretur. »

Cephas dixit: « Aliqua autem memineritis, quod mulieribus non decet stando orare, sed super terram sedentes. »

Iacobus ait: « Quale igitur poterimus officium mulieribus definire, nisi ministerium quo valeant pauperibus inservire? »

Philippus dixit: « Idipsum, fratres, ad traditionem referatur, quali opere quisque sibi bonum thesaurum efficiat. Qui enim thesaurizat, in regno inscribetur operarius coram Deo. »

Petrus dixit: « Haec, fratres, non tamquam potestatem alicuius habentes, qua necessaria praecipientur, sed mandatum habentes a Domino, exhortamus vos ad custodendum praecepta, nihil auferentes, nihil addentes insuper, in nomine Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in saecula Amen.

## ANNOTATIONES.

(1) Θυγατέρες. Sequentia cum acclamazione ligat Bickell. Aethiopica apud Ludolfum l. c. incipiunt: *Canones patrum apostolicorum quos constituerunt ad ordinandam ecclesiam christianam*. Laetamini; etc. Tum praecipuae Apostolorum allocutiones dividuntur in stationes numero XX.

(2) Μαρθαῖος. Qui hunc syllabum exegit, certe prae oculis habuit quae infra post prooemium leguntur, ut personarum ordo satis insolens a subsequentे rerum serie pendeat; unde recentius ea putem assuta, quae ottobonianus desunt, ne importuna dictio- nis sphalmata in confirmationem adducam.

(3) Ἰακώβου. Ut ab Iscariota secernatur, solenne est subintelligi vocem ἀδελφὸς cum Ιούδας Ἰακώβου, neque plura paulo ante p. 75 scripsit scholiastes metropolitanus.

(4) Πρὸ τοῦ. An audiendum, addendumve καιροῦ aut quid simile, eo magis ambigo quod soloeca phrasis tam inseri quam excludi multa permittit.

(5) Ἐπαρχίας. Si ad strictos iuris apices *eparchia* intelligatur, iam totum prooemium ad finem saeculi IV retrogrediatur necesse erit; certum enim est ante concilii CP. primi tempora nullum esse exarchatus ecclesiastici vestigium. Immo ad notitias provinciarum fortasse recentiores respicit catalogus locorum qui statim subditur.

(6) Εἰσι. Cf. Const. apost. lib. VII, c. 1. 17, 18. Barnab. epist. n. 18, 19. Hic incipit cod. ottobonianus: Ἰωάννης εἶπεν καὶ λ.

(7) Προφῆται. Matth. XXII.

(8) Γένεσθαι. Luc. VI, 31.

(9) Σου. Integerima fere haec verba Petri referuntur, sed prolixis aucta parergis in constit. apostol. lib. VII, cap. 2, 3, 4, 5.

(10) Ὁργίλος. Ad verbum hactenus ibid. cap. 5. Caetera, uno verbo excepto μηδὲ ζηλωτὴς, non comparant.

(11) Θηλικόν. Vide ultima verba II epist. S. Clementis ad Corinthios. Labb. 1, 187.

(12) Γίνονται. Fere omnia ibid. sine interpolatione; sed habetur: ριψόφθαλμος. Quae sequuntur Simonis verba partim leguntur in principio cap. 6, Nathanaelis vero sparsim ibid.

(13) Γόγγυσος. Similia inde in cap. 5.

(14) Γίνεται. Ad litteram in multis ibid. cap. 8, sed prolixiora versus finem.

(15) Ἐσθίει. Similia, sed longe breviora in cap. 9.

(16) Κυρίω. Hucusque omnia ferme in cap. 10.

(17) Προσευχῆ. Cf. capp. 11, 12.

(18) Γυναικός. Vel absona haec verba sunt, vel clare sonant oportere episcopum esse aut caelibem, aut unius uxoris viduum, ἀγύνατος, εἰ δὲ μὴ, ἀπὸ μιᾶς γυναικός. Meminisse haec iuvabit tum quum veterum canonum verba de una presbyterorum aequae ac episcoporum uxore ad trutinam revocabuntur, tum quando byzantiai iuris magistri nobis confidenter asseverabunt usque ad trullanum concilium episcopos fuisse, verbo sit venia, uxoratos. Nihil moveat Ludolfi ad haec commentarius, qui laxis habenis ab Aethiopia haec nobis reduxit: *Si vero uxorem duxisset unam, priusquam constitueretur episcopus, maneat cum illa.* Idem quippe ille est qui paulo ante, ubi dicitur ex fontibus graecis: « Non praevalet dives coram Domino, neque praestat dignitas, nec venustas prodest » ille, inquam, haec nobis excupsit: « Divitiae nihil valent apud Dominum, neque honore afficies superbū, neque petes ab eo epistolam. » Et candide margini allevit hanc notulam: *Quid sibi velit ista epistola vel libellus, non liquet (!).*

(19) Γεγηθεῖν. Rursus eadem prolixæ regesta videntur in constitut. lib. II, cap. 1-6.

(20) Εὐωνύμων. Apocal. IV, 4, 10. Erit fortasse cui magis placebit lectio codicis συνέχουσι: quam mutavimus in συνηχοῦσι. Eadem fere sententia erit, sive

qui a sinistris sunt seniores cum angelis aut concinuant aut consentiant et cohaereant. Caeterum inter multa quae locum illam suboscurum facile illustrarent, vix aliud video nobilius, sed et antiquius, quam musivum illud opus S. Leonis pp. instinctu et ex Placidiae reginae munificentia in Basilica S. Pauli extra Urbis muros eleganter elaboratum, in quo a dextris Christi XII seniores, capite nudi, coronas offerunt, a sinistris vero XII, capite tecti, inclinantur. Piores dicuntur XII apostolorum, posteriores XII prophetarum exhibere typos.

(21) Πάντες. Haec certe respiciunt ad const. lib. VIII, c. 31, VIII, 2. sed aut addita nostra esse aut suppressa putaveris,

prout vel recentiora tibi erunt vel antiquiora libro constitutionum.

(22) Θεῶ. Cf. Constit. lib. id. c. 22., Exod. XX, Ps. CXXXIX.

(23) Κυρίου. Matth. XVIII, 16. cf. ib. c. 17, 18.

(24) Ἀγαθά. Ut praecedentia ad Const. lib. II spectabant, ita haec ad libri III. partem priorem, ubi plura de hisce tribus viduis dicemus.

(25) Με. Matth. XXV, 35. Cf. eiusd. lib. Const. III. ultima capp. 19, 20.

(26) Αἴμα. Matth. XXVI, 26.

(27) Σωθήσεται. Quo insolentiora haec videntur et tenuiora, eo plus ambigitur an prisca sint aut ex arbitrio conficta.

#### IV.

### ANTIOCHENA SS. APOSTOLORUM SYNODUS.

I. « Firmissimum, inquit Binius, testimonium huic concilio Apostolorum Antiochiae celebrato, praebet concilium nicaenum II actione 1, his verbis : « In antiochena synodo sanctorum Apostolorum dictum est : *Salvatos non debere* (1). » Idem quoque iubet de hac synodo intelligi sancti Innocentii papae epistolam XVIII, quum de antiochena agens ecclesia, « Ubi, inquit, et nomen accepit religio christiana quae conventum apostolorum apud se celeberrimum meruit (2). » Immo si quid roboris inest communi et constanti codicum manu scriptorum epigraphae, hos ipsos canones et Pamphilus martyr manu scripsit sua, et summus eius magister Origenes diligentia sua collegit primus et asservavit (3).

(1) *Non debere*. Mansi Concil. tom. 1. col. 67 tom. XII col. 1016: *ιν τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν συνέδη τῷ αὐγίῳ ἀποστόλων εἰρηταῖς τοῦ μηχάνης πλαγάσθαις κτλ.* vide infra can. 4 cum notis. Vertit Anastasius: « In synodo sanctorum Apostolorum quae apud Antiochiam congregata dicitur : Et ne ultra errant, etc. » Qui aut leviter corruptum codicem secutus est, aut *εἰρηταῖς* promptius ad superiora quam ad sequentia retulit. Aliud deprehendit perspicax Natalis Alexander, dubium de synodi auctoritate ortum esse in mente Anastasii. Verum videat aliis an non interpres potius augeat quam minuat enunciationem, quum receptum ex traditione (*quae dicitur*) affirmet quod unius erat testimonio editum. V. Nat. Alexandri ad saec. I, disserit. XX, ed. Mansi tom. III, p. 213.

(2) *Meruit*. In Epist. XVIII in Concil., XXIV apud P. Custantium col. 851 B: *is inter Sanmaurinos principes ne uno quidem verbo diluere dignatur duas*

Natalis Alexandri et Tillemontii argutias: prior quidem vult legendum esse *Hierosolymam* pro Antiochia; posterior *apud se* mutat in *pro se*. Sed quid inde iste? Caeterum quum de alterutra varietate codices ad unum omnes silent, siluit iure et more suo Custantius consultissimus. V. Tillemont *Memor. Hist. eccles.* t. 1, not. 34, p. 524.

(3) *Asservavit*. Opportune de Pamphilo Hieronymus testatur in *Scriptor. eccles.* 75, multos codices eiusdem manu descriptos adhuc dum in caesariensi bibliotheca haberi, immo ex illis XXV, quasi martyris sanguine infusos, penes ipsum venerabundum esse. Idem iterum aptissime nobis Eusebii haec verba rescripsit: « Unde et multos codices praeparabat ut cum necessitas poposcisset, volentibus largiretur. Et ipse quidem proprii operis nihil omnino scripsit, exceptis epistolis quas ad amicos forte mittebat; in tantum se humilitate deiecerat; veterum autem tra-